

## **Universitäts- und Landesbibliothek Tirol**

**Hieronymi Cardani, praestantissimi mathematici,  
philosophi, ac medici Artis magnae, sive de regvlis  
algebraicis, lib. unus**

**Cardano, Geronimo**

**Norimbergae [Nürnberg], 1545**

XXIII. De cubo quadratis & numero aequalibus rebus generaliter

[urn:nbn:at:at-ubi:2-864](#)

De cubo quadratis &amp; numero, æqualibus rebus.

Caput XXIII.

## DEMONSTRATIO.

**S**it etiam cubus, & quadrata, & 4, æqualia 41 rebus, & sit cubus A B, cui addam B C tpqd. erit c<sup>z</sup> A C cubus, æqualis cubo A B, & quadratis, 12 rebus, & 8, loco cubi A B & quadratorum, & 4, ponantur 41 res, his æquales, erit cubus A C æqualis 53 rebus A B, & 4, qui est differentia cubi B C, & 4 numeri æquationis primi, ad complendum igitur 53 res A C, addantur 53 B C, erunt c<sup>z</sup> cubus A C p: 106, æqualia 53 rebus A C, p: 4, abijce 4 ex utraque parte, erit cubus p: 102, æqualis 53 rebus suis, inde A C æstimatione inuenta, abijce B C tpqd. relinquetur A B cognita, & est res ipsa.

## REGULA.

Regula igitur est, Duc numerum quadratorum in tertiam sui partem, productum adde numero rerum, fiet numerus rerum secundus, ab hoc minue quadratum tpqd, & residuum duc in tpqd. & totum productum adde numero æquationis, & conflabitur numerus, qui cū cubo æquabitur rebus iam assignatis, inde ab eius estimationibus minue tpqd. residua sunt quæsitæ æstimationes, ideo sufficiet unum exemplum.

Cubus & 6 quadrata & 12, æquantur 31 rebus, Duc 6 numerū quadratorum, in 2, sui tertiam partem, fit 12, adde ad 31, fit 43, numerus rerum, ab hoc abijce 4 quadratū tpqd. relinquitur 39, quem duc in 2 tpqd. fit 78, adde ad 12, numerum æquationis, fit 90, igitur cubus p: 90, æquatur 43 rebus, res igitur est 5, uel R: 24  $\frac{1}{4}$  m:  $2\frac{1}{2}$ , abijce 2 tpqd. habebis ueras æstimationes 3, uel R: 24  $\frac{1}{4}$  m:  $4\frac{1}{2}$ , & in his ambabus, uerū est, quod cubus & 6 quadrata & 12, æquantur 31 rebus. Memineris igitur quod omnes horum capitulorum æstimationes, habentur, addendo semper ueras & fictas æstimationes capitulorum in quo resoluuntur tpqd, & dummodo numerus relinquat, etiam id quod additur sit m: purum, illud relicturn est rei uera æstimatio. possunt etiam resolui in capitula alia quatuor denominationū, ut liquet.

De 44 capitulis deriuatiis. Cap. XXIIII.

## DEMONSTRATIO.

SIT